nam dum rescribas expecto. Cupio ex te scire Laurenti, et si optime
de te in persuadeo, quid agas, cum quibus verseris. que te potissime oble-
ctent studia. Novi enim tuum, et incredibilis in tanta rerum turba
perspectus est optimarum artium amor ille tuus, et ardens voluntas.
Quotiens te occupationibus tuis aliquid temporis subducere, et id totum
litteris conferre. in quo vel tecum ipse, vel apud aliquem doctum virum
proficias. Quod si ita est, eque tuo mi Laurenti profectu, ac
meo gaudeo. Neque enim tam grate postquam te amare cepi diversum
a me duxi, adeo ut communia nobis bona, pariter, ac mala communia
censeam. Verum alter est irrequieta rei p. administratio rapuit
te, et totum abs tuo proposito distrahunt officia. Queror tecum,
et doleo, in qua re te non hortor solum, sed plane etiam rogo, ut
quantum honestas, et fides tua patitur interdum velut ex tem-
pestate in portu, sic ex hoc rerum tumultu, in aliquod pulcrum,
et litteratum otium te subducas. Vendica te tibi, nec lucelo tuum, sed
omnibus studiosis preceptum credas, et tempus, quod auferebatur collige
et serva. Non dico quod excidebat, cum nullum tibi vacuum tempus
sit, sed quod surripiebatur, quia negocium tibi negavit otium,
et voluptates. Collige itaque id solum, quod nimia pure, si nimia
dici potest sollicitudo, citraque pns tibi aufert hoc, ipsum serva.
Nihil. enim est ex omnibus que novi, quod tibi ac tue rei p. si
exitum attendis, maiorem possit fructum afferre, michi, et his
qui te beatum esse volunt sinceram magis voluptatem conficere. Fac
valeas, meque ut soles diligas. Gasparinus ille tecum unus.

Gasparinus pergamensis

NESCIEBAM Laude quod tibi scriberem mi Laurenti, presertim
cum duas iam ad te dedissem litteras, quibus nihil adhuc responsum
esset, quia tamen ut arbitror, cui perferendas ad me dares nullus
fuit. Sed me non amor pulcre monuit nullum tempus esse quo
possint amicis verba deesse. primum igitur in nostrum Andream occurrit,
virum omnium fere suorum equalium studiosissimum etiam in primis eru-
ditus. venit enim ad nos cum navi preciosis honusta mercibus.
Talia quidem novit optimarum artium fondamenta, ut iam nihil
sit, quod hominis illius divinum in non permittat ingenium. mira quidem
celleritate tot precepta collegit, quot erudito et pene docto

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_1592/0088
MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG